



## SECTIO I.

### Explicatur valor, ac tenor Turonensis parvi pro commercio.

§. I.



UANQUAM hæc monetula esset creatura peregrinæ terræ, nempe Gallicanæ; fuit tamen non solum à sic dictis Papis Avenionensibus adhibita, sed etiam in ipsam Romanam Curiam introducta, & per Germaniam cursu tam frequenti do-

nata, \* ut per eandem census, & debita in libris, chartisque exprimerentur: ex quo spontè agnoscitur necessitas pleni, quem de eadem habere oportet *ICTum*, intellectus.\*\*

\* Apud Treviros cursus horum parvorum potissimus sese manifestat Sæc. XIII. & XIV., sicut probant loca in subjunctis adducenda.

▲



\*\* Sunt tales circa hos numulos notitia ICto necessariae, quales frustra requires à peritis in arte monetaria Magistris, vulgò dictis *Waradein*: hinc neminem pigeat praesentes paginas, si non legere, certè tamen in casum necessitatis aservare.

II. *Nomen suum characteristicum accepit à civitate Turono (Tours) in Galliâ, sicut Parisienses parvi à Parisi.* \*

\* *Parisienses* Parvos nondum deprehendi deductos fuisse in literas contractuum apud *Treviros*, sicut neque *Grossos Parisienses*; cujus rei causa est, quia *pes monetarius Turonensis*, tanquam *Parisiensi debilior*, plus convenit *Germanis*, pariter pedem debiliorem habentibus; imò & ipsa *moneta* sic dicta *Baronum*, i. e. *Episcoporum*, & aliorum per *Galliam Illustriam*, qui olim diu jure eudende monetae gavili sunt, amplectebatur pedem *Turonensem*. Hodieque *Lotharingi* computant per *libras Turonenses*, *livres Tournois*, quorum novem faciunt uncialem *Galliæ* sex *librarum Franciæ*. Lex, *Falloi, liga*, *Grossi Turonensis*, erat  $11 \frac{1}{4}$  *denariorum*, i. e. 15. *lotonum* praecise; econtra verò lex *Grossi Parisiensis* erat  $11 \frac{1}{2}$  *denariorum*, sive 15. *lotonum*, & 6. *granorum*; & teste du *Frésne* verbo: *moneta* pag. 946. an. 1343. tantum valebant 12. *Parisienses Parvi*, quanti 15. *Turonenses parvi*, nempè uno *Grosso Turonensi*.

III. Hi ambo *Parvi*, nempè *Parisiensis*, & *Turonensis*, fuere sibi *cuneo simillimi*: solummodò se, praeter valorem, distinxerunt his verbis: *Civis Parisius*, *Civis Turonus*. \*

\* Qui hodieque adsunt, ut plurimum in alterâ facie habent: *Ludovicus Rex*, *Philippus Rex*, *Karolus Rex*; & sunt de Saeculo XIV. Regum *Ludovici X.* *Thuppi V.* aut *VI.*, & *Caroli IV.* Eni hic unum:



IV. *Parvi* vocabantur, quia erant *vulgares denarioli* ejus aevi in *Galliis*: \* nam & *Glossa in Clem. 2. de Magistr.* denariolos *Bononienses* vocavit *parvos Bononienses*. \*\*

\* *Dimidium* istius denarioli dicebatur *Gallis mallia*, aut *obolus*. Quòd autem subinde Saec. XIV. unus *Parvus Turonensis* valeret *duos denarios Turonenses*, hoc non tenuit diu, edictis regis prohibitum. Du *Frésne* loc. cit.



\*\* Parvi Bononienses tam erant exigui, ut, teste eadem glossâ, 3000 grossi Turonenses ( in unciam nostram duodeni ) facerent 500. libras Bononeorum parvorum; & sic grossus, valens 10. denarios Trevirenses Sæc. XIV. valuerit 40. Bononienses parvos: talis parvus non tenuit plus uno grano meri argenti.

V. Cognominabantur etiam Nigri \* Turonenses; quia, cupro argentum longè superante, brevè nigrescebant, cujus modi viles monetæ hodie apud Germanos vocantur *Süchs*, vulpicanes, rubicantes.

\* Idem dici per hæc: kleine Turnos, schwarze Turnos, kleine schwarze Turnos, probatur tum *Chronicon monetarium Electoralis Archivi* in tom. 2. *Prodromi Hist. diplom. Trevir.* pag. 1168. de an. 1229. *Eleyner, ader schwarze Turnos*, tum documentum, sigillis publicis munitum, in *Archivo S. Simeonis*. de an. 1333. *Teneor Decano, & tique Capitulo S. Simeonis Trevirensis in centum libris Turonensium parvorum, legalium, & bonorum*, grosso Turonensi pro quindecim parvis Turonensibus computato. . . pro quâ summâ assigno quinque libras Turonensium parvorum, census annui, & perpetui solvendas: hic non additur: *nigrorum*; est in decreto *Pætoris Trevirensis* pro immessione in hypothecam domus desuper obligate de an. 1352., & 1373. ponitur sic: pro quinque libris Turonensium nigrorum parvorum, annui, & perpetue census neglecti. Confirmatur ex his duabus positionibus du *Fresnii* glossar. Tom. 4. pag. 949. *PARVI Turonenses NIGRI (petits Tournois noirs) qui tum eudebantur, pretii 1. denar. Turon. Edict. 14. Nov. 1354. Et mox: Denarii PARVI Turonenses (petits deniers Tournois) pretii 1. denar. Turon. à 27. Jan. ad 4. April. 1354.*

VI. Valorem intrinsecum horum parvorum Turonensium, uti quoque parvorum Parisiensium, cogitaveram huc referre ex *Du Fresnio*, omnibus Edictis ab an. 1315. usque ad an. 1571. extractis, ut sub unum conspectum ponerentur: sed, re pensatâ, nolui tædium facere lectori ex nimis crebrâ pedis variatione; etiam intra eundem sæpè annum. \*

\* Sic e. g. an. 1354. à die 27. Jan. usque ad 4. Aprilis parvi Turon. jubebantur esse legis 1. denar., & 9. granor., i. e. 1. lotonis, & 15. granorum, sive  $1 \frac{1}{8}$ . lotonum, argenti regii, ponderis autem talis, ut 18. eorundem parvorum Solidi, & 4. denarii, i. e. 220., pensarent in arcam Parisiensem, quæ requirit 4608. grana: unus ergo parvus Turon. tunc pensavit 21. grana, in quibus deliterunt duntaxat argenti regii, quod tunc saltem,  $15 \frac{1}{2}$ . lotones meri argenti tenuisse fertur, ferè  $1 \frac{7}{2}$  grana; meri autem argenti adhuc minus; sed à die 31. Octobris ejusd. an. 1354. usque ad Jan. sequen-



ais anni debebant esse *ponderis* 18. granorum, *legis* 2. denar., & 16. gran. *argenti regii*, i. e.  $3\frac{5}{6}$ . lotonum: sic meliorabantur, & unus tenuit *argenti regii* 4. grana, *meri*  $3\frac{5}{8}$  grana: quanta disparitas valoris intrinseci pro eodem anno!

VII. Qui meas adhuc in manus inciderunt *Turonenses parvi*, contulerunt  $3\frac{3}{4}$ . grana *meri* *argenti*. \*

\* Sic e. g. is, quem dedi suprâ §. III., *legis* 5. lotonum est, *ponderis* 12. granorum: continet  $3\frac{3}{4}$ . grana pura: alii sunt *ponderis* 20. granorum, *legis* 3. lotonum; hi pariter  $3\frac{3}{4}$ . grana puri *argenti* complectuntur.

*Additio*. Nobilis D. Gerardus Hüls, Senator Colonienfis, fabricæ monetariæ ibidem Præfectus, & monetarum explorator, iudicavit *duplicem* Turonensem *parvum*, qui solâ majoritate distinguitur à *parvo simplice*, & hic in cuneo datur,



*legem*  $5\frac{2}{3}$ . lotonum tenere: quàm plurimos vidi, & examinavi, paràm inter se concordantes *pondere*: alii enim pensant 17., alii 18. 19. 20. 21. grana; hic præfens *Ludovici Hutini* librat 20. grana, unum detritioni imputo; & sic abscondit *meri* *argenti*  $7\frac{7}{8}$  grana: qui verò tantùm 18. grana pendunt, hi tenent  $6\frac{2}{3}$ . grana *meri*. De hisce *duplicibus* parvis extat in *Hist. Diplom. Trevir. Tom. 2. pag. 26.* documentum de an. 1304. Ducentas, & quinquaginta *marcas* denariorum, NB. duobus parvis Turonensibus pro *denario computatis*. *Marcam numeralem* sume pro 13. solidis, & 4. denariis *duplicibus*: 250. *marca* fecerunt 40000. *duplices*, five eorundem denariorum  $3333\frac{1}{3}$ . solidos, *simplicium* verò *parvorum* solidos  $6666\frac{2}{3}$ . 14. *simplices* parvi fecerunt an. 1304. unum *grossum* Turonensem de illis, quorum 12. faciunt unciam *argenti* 15. lotonum: itaque 250. *marca* illæ fuerunt 400. uncia talis *argenti*: probam fac, dividendo 80000. *simplices* parvos per 168., nempè quot parvos faciunt 12. *grossi* Turonenses. De his quoque *duplicibus* parvis videtur accipi debere *valvatio* illa apud Du FRESNE *Tom. 4. glossar. pag. 942.* „ 9. Septembr. an. 1313. 10. Martii 1315. *Turonenses* „ dicti *parvi Cornuti*, quia minùs benè cusi, & formati, *ponderis* 21. „ granor. *legis* 3. denar., 18. granor., pretii 1. denar. Turon. Fuère tantùm 5. lotonum. Figuras dat ibid. sub num. 5. & 6.



VIII. Verùm, in æstimatione *parvi Turonensis*, prout valuit per Germaniam, tutò procedetur, per eorundem reductionem ad *libras cuiusque loci*, vel ad *grossos Turonenses*, ponderis 2. scripulorum, legis 15. lotonum. Quà viâ in itâ reperio, quòd ante an. 1333. Treviris 14. libræ *parvorum Turonensium* valuerint 10. libræ *denariorum Trevirensium*, sive 240. prædictos *grossos*, aut 20. uncias legis 15. loton. \*

\* Chronicon monetale Trevir. in *Prodromi* Tom. 2. pag. 116. ab an. 1313. usque ad an. 1316. Florenus pro XII. grossis: grossus pro XIV. parvis Turonensibus: X. denarii Trevirenses pro grosso. Sic ergo 10. Trevir. denarii fecerunt 14. parvos Turonenses, & unus florenus auri fecit 14. solidos parvorum Turonensium, adeoque præstantior erat Ducato aureo illius temporis, de quo loco eodem cit. habetur: Ducatus aureus valet XIII. (subintellige solidos) parvorum Turonens. Grossum illum, pensantem  $45\frac{1}{2}$ . grana argenti, quod vocant, regii, reduce ad  $42\frac{1}{2}$ . grana argenti meri: hæc distribue in 14. parvos, & reputatus fuit quilibet horum tenere 3. grana, minutâ relictâ: distribue quoque  $42\frac{1}{2}$ . grana in 10. denarios Trevir., & imputa in quemlibet  $4\frac{1}{4}$ . grana meri argenti.

IX. Sed anno 1333. ( id quod probabiliter jam aliquo tempore priùs viguit ) reperio, quòd unus denarius Trevir. valeret sesqui-denarium parvum Turonensem; sic, ut 10. denarii Trevirenses computarentur pro 15. parvis Turonensibus. \*

▪ Documentum supra §. V. adductum, ubi grossus Turonensis, valens 10. denarios Trevir., computatur pro 15. parvis Turon. Et quoniam adhuc an. 1333. 12. tales grossi valuerunt Florenum parvum auri de Florentiâ, quilibet verò grossus 15. parvos Turon., idèd Chronicon monetar. Trevir. in Tomo 2. *Prodromi* pag. 1169. ad an. 1339. eundem florenum æstimavit 15. solidis parvorum: Ein Pfund schwarzer Turnos macht einen kleinen Gulden von Florenz, NB. Vor XV. Schilling derselben Turnos einen ( i. e. Gulden ) zu zehlen. Cur autem hic XV., & non XX., solidi parvorum vocentur libra, dicam infra §. XI.

X. Post medium Sæculi XIV. verò res inversa erat, ut unus parvus Turon. valeret sesqui-denarium Trevir., utpote diminutum. \*

\* Probat hoc charta pergamena authentica S. Simeonis, confecta Treviris 1337. Ocho libras Turonensium parvorum annui census, pro 160. libris dicta moneta, \*



cui documento post tempora Canonis Archiep. Trevir. extrinsecus pro notitiâ inscriptum cernitur: *Heredes quondam Egilii de Ponte super octo libris Turonensium parvorum, pro quibus NB. NUNC solvuntur 12. libra pagamenti cursibilis; i. e. pro 160. solidis parvorum Turonensium, qui anno 1337. tantum fecerant 106  $\frac{2}{3}$ . Solidos denariorum Trevir., solvebantur post medium Sæc. XIV. 240. solidi Trevirenses, sive, pro 1920. parvis Turon, tunc solvi debuerunt 2880. denarii Trevir., qui ipsi anno 1337. valuisent tantum 1270. denarios Trevirenses, proindeque post medium Sæculi XIV. denarius Trevirensis jam ultra dimidium suum fuerat imminutus; sicut hoc ostendi in *Erevib. Instruct. de den. & Hall. pag. 118.**

XI. Observatione dignum est, ne in antiquis obligationibus valvandis committatur adversus debitorem injustitia, quod interdum, etiam ante medium Sæculi XIV., sub nomine *libræ unius parvorum Turonens.*, eines Pfunds schwarzer Turnosen, tantum intellexerint contrahentes *quindecim solidos illorum parvorum*; licet libra proprie dicta requireret *viginti solidos*. \* Sed hoc in regulâ, seu generaliter, teneri non debet, absque certis chartæ expressionibus. \*\*

\* Quasi dixissent contrahentes *libram Hallensium*, quæ fecit i. florenum auri de Florentiâ, in parvis Turonis: nam XV. solidi talium parvorum non tam fuere libra parvorum, quàm libra, sive 20. solidi, Hallensium.

\*\* Tunc ergo solummodò hoc procedit, quando charta obligationis i. ) expresse dicit, quod 15. solidi parvorum faciant libram, aut Florenum de Florentiâ, sicut supra §. IX. Chronicon monetale ad an. 1339.: Vor 15. Schilling schwarzer Turnos einen ( Gulden ) zu zahlen, cum præmisisset: ein Pfund schwarzer Turnos macht einen kleinen Gulden von Florenz. Tum temporis iste florenus constitit i. librâ Hallensium, i. e. 240. Hallensibus, teste eod. Chronico ad an. 1339. Grosius pro 20. Hallensibus: florenus pro XII. Grosius, sive unâ unciâ modernâ argenti 15. lotonum.: Et ad annos 1341. 42. kleine Gulden von Florenz vor 1. lib. Heller zu rechnen. Tunc itaque dimidia libra denariorum Trevir., una libra Hallensium, XV. Solidi nigrorum de Turono, XII. grosi Turonenses, uncialis 15. lotonum, florenus auri de florentiâ, fuere unum, ac idem in valore. Et ideo etiam 2. ) tunc XV. Solidi parvor. Turon. contra regulam libræ computari innuuntur in unam libram, subaudi, Hallensium, quando in documento legitur, sicut supra §. V. Grosso Turonensi pro quindecim parvis Turonensibus computato, ad quid enim mentio de grosso Turonensi, quorum 12. fecerunt libram Hallensem, valente 15. parvos, nisi quod libra ibi significaret 12. grossos tales, hi verò XV. solidos parvorum? Quapropter in dicto instrumento centum libra Turonen-



*sum parvorum* non erant 2000, sed tantum 1500. solidi parvor. Turonens., five 1200. *grossi Turonenses*, aut 100. uncia argentii stampati 15. lotonum.

XII. Ad hanc verò observationem, quæ à *regulâ libræ*; five 20 solidis, aut 240. petiis, *per modum exceptionis*, recedit, non pertinent sequentes passus:

- a.) In Hist. diplom. Trevir. Tom. 2. pag. 17. de an. 1302. *Summam mille, & trecentarum librarum parvorum Turonensium*, nullâ factâ mentione, *apertâ*, vel *latente*, quod XV. *solidi parvorum pro librâ* reputari deberent; non erant ergò solammodò 1300. uncia argentii dicti, sed, librâ *per 20. solidos* integre computatâ, 1925. unciales.
- b.) Ibid. pag. 29. de an. 1304. *Præsentare in Epternaco permittimus 2000. libras parvorum Turonensium nigrorum, seu valorem eorundem*. Sunt 2500. unciales 15. lotonum.
- c.) In *Prodrumi* Tom. 2. pag. 1268. de an. 1315., ubi stipendia, militaribus Trevericis pro expeditione Bohemicâ exsoluta, latius describuntur; & omnium quidem aliorum Nobilium stipendia per *libras Hallensium*, unius autem, soliusque *Friederici de Burscheit* per 50. *libras parvorum Turonensium*; quâ profectò diversitate unicâ non fuisset opus, si unus idemque valor *libræ Hallensium*, & *libræ parvorum* assumi voluisset; Erant ergò, non 50., sed  $62\frac{1}{2}$ . unciales 15. lotonum.
- d.) In libro monetali S. Maximini fol. 11. verso: ad an. 1443. *das Pfund kleiner schwarzen Tornis ist zu Metz geachtet worden vormahls uff die 15. Schilling Metzher Wehrung*: hic enim libra nigrorum sumi debet pro 20. solidis nigrorum eorundem, facientibus tantum 15. solidos denariorum *Metensium antiquorum*: i. e. 180. *Metenses* fecerunt 240. nigros.
- e.) In chartâ S. Simeonis Trevir. de an. 1276. vendebatur census annuus 15. *solidorum Turonensium, minus uno Turonensi, pro 15. libris Turonensium*. Hic 15. solidi non vocantur *libra*, sicut vocari potuissent brevius, dicendo: *unam librâ Turonensium pro 15. libris pretii capitalis*, nisi per *libram intellecti* fuissent 20. *solidi Turonensium*: Census ergò erant 170. Turonenses parvi: emebantur 5. pro 100., minus unico Turonensi parvo (quod mirabilitate non caret) ad totam summam: *Census iste hodie esset unus uncialis Gallie, minus 180mâ parte: Redemptio fieri deberet per 20. unciales Gallie currentes*. Et adverte, quod, si in antiquis legas simpliciter *libram, vel solidos Turonensium*, non sint *Turonenses grossi, vel argentei, sed Turonenses parvi*.

XIII. Notabiliter viliores fuerant illi parvi Turonici, de quibus *liber monetarum* MStus Archivalis S. Maximini: Anno 1347. *Ver-*



Schryben X. lib. Tursch, und 4. Malter Nocken abloesig mit CXX. lib., je VIII. lib. für III. schwere Metzger Gulden, golden Golds, und schweren Metzger Gewicht, als uf dem Rhyn, und an der Wechselbanck zu Trier gengh, und gebe sindt, geachtet. \*

\* Florenus iste auri *Moguntinus* æquus fuit *Florentinus*, sicut docet positio hæc, ibid. immediatè præcedens: XIII. M. III. C. LXXVI. Florenzer, und schwerer Metzger Gold-Gulden uff XVII. Mil. IX. C. LXX. Gold-Gulden gerechnet; i. e. 13476. floreni de *Florentiâ*, aut de *Moguntiâ*, gravioris ponderis, faciunt 17970. florenos auri *Rhenenses*. Sed Florenus de *Florentiâ* valuit an. 1347. *Octodecim solidus Trevir. denar.*, sive 216. Trevir. denar. *Prodromi* Tom. 2. pag. 1168. Ein kleine Gulden von Florenz vor XVIII. Schilling Trierischer Pfening; qui 216. denarii Trevir. fecerunt 10. grosos, *drachmales* inquam, *Turonenses*: *Grosus Turonensis*, ein Groß Turnos, vor 21. Trierische denari: Itaque 3. aurei Florentini, vel 3. *Moguntini*, sive 8. libræ illorum parvorum *Turonens.*, fuere 30. *grosi Turonenses drachmales*, unâ cum 18. denariis Trevir., sive 30  $\frac{6}{7}$ . grosi, vel totidem *drachma* argenti regii, quæ continent *meri* argenti 245  $\frac{5}{8}$  grana, rotundè verò (neque enim in his extremas minutias, in tot partes dividendas, sequimur) computabilia per 240. grana: sic unusquisque parvus, librâ pro 20. *solidis* acceptâ, tenuisset 1. granum *meri* argenti: sume etiam, pace meâ, pro librâ parvorum tantummodo 15. *solidos*, sive 180. parvos; tunc unus parvus tenuisset 1  $\frac{2}{3}$ . grana *meri* argenti: neutrum coincidit valvationi *Du Fresnii* isti, Tom. IV. glosar. pag. 947. „ A die 11. Jan. 1347. ad 30. Aug. 1348. „ *Parvi* denarii *Turonenses* ( *petits deniers* *Tournois* ) *ponder.* 18. gran. *legis* 2. denar. 16. granor. argenti regii; utpote qui ultra 3. grana *meri* argenti tenuerunt.

XIV. Sæc. XV. labente, *Turonenses parvi* fuere viles admodum, sicut constat ex sequentibus memoriis du *Fresnii*. \*

\* Pag. 957. & seq. Anno 1411. 12. 13. 14. 17. *Parvi* denarii *Parisienses* legis 1. „ den. 12. granor., ponderis ad marcam 16. solidi. *Parvi* denarii *Turonenses*, ejusdem legis, ponderis ad marcam 20. solidi. A die 21. Octobr. „ 1417. *Parvi* denarii *Parisienses*, legis 1. denarii, malliæ ( i. e. 36. granorum ) argenti regii, ponderis ad marcam *Parisiensem* 20. solidi. Item „ *Parvi* denarii *Turonenses*, legis ejusdem, ponderis ad marcam 25. solidi. Hi adhuc viliores. Pag. 960. „ A 23. Novemb. 1422. *Parvi* denarii *Turonenses* ponderis 20. granor. legis 1. denar. 12. gran., pretii 1. denarii *Turon.* Isti etiam inscribebantur: *Obolus Francia.* Pag. 961. „ An 1436. „ & 41. denarii *Parisienses*, pretii 1. denar. *Parif.* legis 1. denar. 8. grana. „ ponderis 16. solidi ad marcam. Pag. 963. *Edicto* 15. Septemb. 1476. „ *Parvi Parisienses*



## INDEX.

25. in append. Eorum merces. *ibid.* & 26. Adde *Goldasti Catholic. monetar. pag. 89.*, ex quo mea plus dicta corrige. *Mosbach* propè Moguntiam, & olim jus patronatûs *ibidem. 107. XII. in not.*  
**M**ulcta pecuniaria occisorum Clerici, vel Monachi. 85. I. Violatorum immunitatis localis Ecclesiarum. 93. VIII.  
**M**ulctarum *Salicarum* rigor. 29. I. in not. 31. in addit. Reliquiæ earum superstites. *ibid.* & 103. addit. 2.

### O.

**O**blatio *votorum*, five munerum novi anni. 79. IV. in cris.  
**O**bligatio *Alberti I. Romanor. Regis* ad 8000. marcas pro *Wicholdo Colon. Archiep.* 98. 4. in not.  
**O**bligatio *Richardi Romanor. Regis* ad 200. marcas pro *Henrico Archiep. Trevir.* 97. in addit.  
**O**rdinatio monetaria *Weneri Trevir.* de an. 1394. 119. XVI. in not. *Joannis à Baden Arch. Trevir.* de an. 1502. 132. not. 2. 134. Electorum Rheni de an. 1537. 136. XII. *Caroli V.* Imp. de an. 1551. 115. XI. in

not. 133. in observ. 137. XIII. *Ferdinandi I. Imp.* de an. 1559. 137. XIII. Ad eam redire non sufficit. 145. XIX. in not. *Maximiliani II.* de an. 1570. 138. *Rudolphi II.* de an. 1603. *ibid. Circulorum Rhensium* de an. 1609. *ibid.*

### P.

**P**anis *avenarii* 500. unciaë pro 1 scripulo argenti: *hordeaci* 400. unciaë pro 1. scripulo: *siliginæ* 300. unciaë pro 1. scripulo: *triticeæ* 240. pro 1. scripulo, i. e. 4. *Petermengis*, & 1. denariolo *Trevir.*, an. 794. venibant. 90. VI. *Triticæ* 3½. unciarum hodie *Treviris* venit pro 1. cruciatio *levi. ibid.*  
**P**anis libram *Benedictinis* diurnam sacra Regula præbet. 92. in addit.  
**P**aquetta mercatorum quasi folles. 65.  
**P**arisienfis Synodus VI. 87. addit. 2.  
**P**edis Romani durans in mone-rando imitatio. 104. not. 2.  
**P**ausch *Stroh* quanti Sæc. XIV. exeunte. 116.  
**P**enningi Rhenani *signatura. Sæc. XV.* 129. Sæc. XVI. 136. Sæc. XVII. 188.

### X



## INDEX.

*Philippus pulcher* condictus *le faux Monnoyeur*. 110. in not.

*Pippinus* Rex rigorem mulctæ *Salicæ* remisit. 32. in addit.

*Piscis magnus* 30. follibus veniit. 67.

Placitum. 103. addit. 1.

Porcinæ carnis taxa Romana 66.

Postulatio adolescentis 18. annor. in Episcopum Trajectensem 105.

Præturarum Rom. ordo 66. editio munerum. 70. III. luxûs hujus moderatio. 72. V. in Schol.

Presbyter idem, quod Parochus. 86. II.

Procopii locus de indulto monetæ *aureæ* Francicæ. 33. not. 1.

Procuracionis. Episcopo visitanti solvendæ, modus. 87. addit. 1. 2.

Protestatio Authoris de animo suo in castigandis aliorum scriptis, 74. in schol.

### Q.

Quarta vini apud Francos an. 844. quanti taxata. 86. in addit. Quarta granorum. 91. in addit.

Querelæ legum contra fraudes monetæ minimæ. 148. not. 3.

### R.

Regale falsæ monetæ ex Satyrâ Leyseri. 110.

*Romana* monetæ cur interdum reperiantur depravatæ. 3 in not. Hâc super re illustre antiquarius L. F. de WAGEN-EHR Consil. Elect. Aul. Colon. ita mihi rescripsit Bonnâ 10. Octobr. 1761. Nicht nur die Münz-Verfälschere (sub Consulibus, & Impp. postea, sondern auch die Trium-Viri, als Antonius, Pompejus, Lepidus, ja Cæsar selbst, sort mehrere Kayser, haben in Nothfällen die Münzen nach ihrem Gold- und Silber-Vorrath geringhaltig, mit Zusatz vom Bley, oder Zinn, Kupfer, oder gar nur mit silbernen Blätgen überzogen, ausprägen lassen, auch diese hernach manchmahl wiederum gegen bessere eingetauschet.

### S.

Schlegel's Satz. 26. in not. Videtur *Constantinus* M. sumptuisse ex detractioe justiponderis. 78. Sub *Pippino* erat 22da pars. 25.



# INDEX.

Servitium. 103. addit. 1.

Sextarium vini, vulgò Treviris  
ein Gester. 87. addit 2.

Sextarius. 91. in addit. Romani,  
& Carolingici pondus. 92.  
Sextarii duo chœnix. 92. 93.

Sigale. 90. c.

Signatura monetarum quâ post-  
hâc facienda? 145.

Signoragium. 26. in not.

Simbra, eine Simmere, Viernsel. 91.

Simonia *Crescentii*. 64.

Solidi 500. in l. 36. fin. C. de do-  
nat. quâ summâ debeant hodie,  
secluso statuto, & stilo,  
computari 9. XXI. & seqq. 78.  
addit. 1.

Solidos *Constantinus M.* erogabat  
72. quasi pro librâ auri, reci-  
piebat verò 84 tuor. 77. 78.

Quam duritiem sustulit *Valen-  
tinianus*. 79. IV. in cris.

Solidos 72. in libram auri accep-  
tavit pro strena *Arcadius*. ibid.

Solidos in Corpore juris intel-  
lexit *Justinianus* uniformiter  
*Sextulares*; licet *ICTi* veteres  
intellexissent *didrachmos*. 82.

Sportularum, quas ducibus de-  
buerunt primipilares, taxa  
Romana. 82.

Stocf. 104. in addit.

## T.

Taxæ pecuniariæ in LL. *Justinia-  
næis* sunt potiùs camerales,

quàm commerciales. 83.

Telonium *Confluentinum Ca-  
nonicorum S. Simeonis Trev.*  
96. II. in not. *Ejusdem* taxa.  
103. not. 1.

Tenuioris patrimonii homines  
non ambient sumptuosas di-  
gnitates. 56. IV. not 2.

Terræ vacantes quâ lege militi  
emerito datæ. 65. C.

*Tentomeris* Regis aureus. 33. not. 1.

Toletanum VII. Concilium 86.  
II. 87. not. 3.

Trajectensis Ecclesia habuit *Otto-  
nes* tres in Episcopos. 105.

Tributa ab *Alexandro* Imp. mi-  
norata. 77. in addit.

— non indicuntur homini-  
bus tenuioris patrimonii  
ad exactam proportio-  
nem. 89. IV. in not.

Tributum æris. 80.

— carnis porcinae. 66.

— mulorum sub *Theodos. jun.*  
impositum. 44. 3.

— Senatorii follis introduc-  
tum à *Constantino M.* 56.  
IV. à *Justiniano* abroga-  
tum. ibid. *Eidem* ipse  
Imp. politicè se subje-  
cerat. 57. not. 2.

*Trivorius*, homo Gallus, corri-  
pirur. 34. in not.

Turcæ solvunt per folles. 65. in  
add.



## INDEX.

### V.

Valoris *extrinseci* ultra merum  
numi *intrinsecum* exempla.  
72. 126. 127.

Vassatus dominicatus. 88.

Vercella Trevir. 91. 92. tenet 16.  
quartas granorum, & 20. 4tas  
vini. 91. in add. Tritici pen-  
dit 48. libras, seu 768. uncias:  
reddit farinae 30. libras. Ibid.  
& 92.

Vercella tritici una, semis, redi-  
gitur in farinae libras 45. mo-  
dernas. 91.

Villicus. 103. addit. I. 113. IV.  
in not.

Vini pretium an. 1385. 136.

Ulricus à Manderscheid præten-  
dens Trevir. Electoratûs. 133.

Unio monetaria Treverico-Lu-  
xemburgica de  
an. 1371. 181.  
XV. in not. 124.

Treverico-Co-  
loniens. de an.  
1372. 119. in not.

— Rhenensis de an. 1409. 126.  
not. 2. 129. III.  
in not.

\_\_\_\_\_ de ann. 1417.  
1425. 127.

\_\_\_\_\_ post an. 1430.  
130. VI.

\_\_\_\_\_ de an. 1464. 131.  
VII.

\_\_\_\_\_ de an. 1488. 131.  
not. 2. 134.

\_\_\_\_\_ de an. 1537. 136.  
XII. in not.

Unionum monetariorum Rhe-  
nensium initia, progressus,  
languor. 125. in not.

Urna, mensura. 93.

### W.

Walramus Luxemburgi Comes.  
122. b.

Wasser-Billicenses Curtiles, Gehöfere.  
104. in addit.

Wendelinus, Godefridus. 45.

Werde Castrum Archiep. Colon.  
pro 36000. marc. sterlinga-  
rum drachmalium oppigno-  
ratum à Cæsare. 99. observ. I.

### Z.

Zygoftates. 109. in not. vulgò  
Dünig-Wardein.

### EMENDANDA.

Pag. 94 §. I. in not. lin. 10. post verba: *esse gaudet*, adde: *ac nepos ex*  
fratre. Pag. 96. §. III. in not. post verba: *QUATUOR DENARII*  
*Colon. moneta*, infere omiffa hæc: „ *valere debeant UNAM MARCAM*  
*boni argenti, & 2.) Quòd TRES DENARII Colon. monetæ*



„ *Parisenses* legis 1. denar. argenti regii cum 2. granis remedii, ponder.  
 „ 16. solidi ad marcam, pretii 1. denar. Paris. Et parvi *Turonenses* ejusdem  
 „ legis, & remedii, ponder. 20. solidi ad marcam, pretii 1. denar. Turon.

XV. Cùm suprà §. VII. fatus fuerim de *duplicibus* \* *Turonis parvis*,  
 quorum hodieque plures supersunt, quàm *simplices* parvi; non debent  
 hi *duplices* confundi cum illis *Gallicanis* numis albis *Philippi* Regis,  
 & aliorum Sæculi XIV., unâ facie *Crucem* liliatam, alterâ *Coronam*,  
 exhibentibus, sine consuetâ epigraphe: *Civis Turonus*; sed cum istâ:  
*moneta duplex*; & sunt istius cunei: \*\*



\* *Duplicium parvorum* valvationes successivas quære pariter apud *Du Fresne* pag.  
 940. 42. 45. 47., ubi: *Denarii duplices nigri, doubles sous noirs, pretii 2.*  
*denar. Turon. legis 3. denar. 1. gran. ponderis 15. solidi, 3. denar., & tert.*  
*ad marcam Parisensem, à 30. Aug. 1348. ad 8. Dec. seq. Adde ibid. reli.*  
*qua sub Joanne Rege. Item pag. 948. 49. 50. 51. 54. 56. 57. 58. 59. 62.*  
*63. 66., qui passus inter se collati monstrabunt inconstantiam pedis.*

\*\* Isti numi sunt *blanci*, legis  $7\frac{1}{2}$ . lotonum, ponderis 26. granor., sive more *Gal-*  
*licano* loquendo, 1. denar. 2. gran.; tenuerunt ergò  $12\frac{3}{8}$ . grana meri  
 argenti, atque ita, non *duobus*, sed *quatuor* parvis *Turonis* æquivaluerunt,  
*Du FRESNE*, dum *Tom. 4. pag. 942.* sub *Carolo pulchro* descripserat *Parisien-*  
*ses duplices* ( les Paris doubles ) hæsitavit istos identicare cum hâc *monetâ*  
*duplice*, quam hîc exhibui: *haud benè constat*, inquit, *an ea sit moneta, quâ*  
*Crucem liliatam præfert cum inscript. MONETA DUPLEX, & in aversa parte*  
*coronam cum inscriptione: CLVS REX.* Verùm examen utriusque numi fû-  
 stulit omne dubium. Vides hîc iterum, quod aliàs dixi, *absurdas esse illas*  
*monetarum titulationes, quæ apud posteros equivocationi, disputationi, incerti-*  
*rudini, & unius moneta cum altera confusione, dant occasionem.* Atqui tamen  
 plurimas id genus denominationes monetarum, prò dolor, adhuc habemus!

XVI. Denique cum prædictis *duplicibus parvis* confundi adhuc mi-  
 nùs debet sequens moneta, pariter una de *minoribus*, cusâ Sæculo XIV.  
 cum inscriptione: *Philippus Rex, & Civis Turonus*; quam ex numo-



theçâ *Hülſianâ* Colon., velut rariùs reperibilem, nec ab ipſo *Du Freſ-*  
*nio* editam, amatoribus rei monetariæ exhibeo. \*



\* Est enim legis 15. lotonum, & pensat denarium, sive scrupulum Gallicanum  
24. granorum. *Grefi* drachmalis, sive *Regii*, pars tertia: argentei illius *Tu-*  
*ronensis*, de quo loquitur *Extravagans 1. de censib. int. com.*, pars dimidia:  
uncialis modernæ Gallorum pars 24ta: valens *Trevir. denar.* Sæc. XIV. ante  
medium *quinque*, parvos Turonenses simplices *septem cum dimidio*, dupli-  
ces parvos  $3\frac{3}{4}$ , solidos hodiernos Franciæ *quinque*, une piece de cinq sols,  
tenet *meri* argenti  $22\frac{1}{2}$ . grana; & sic valet  $4\frac{1}{2}$ . *petermengos* Trevir.

## QUÆSTIO

### De materia peccati proprietatis apud ven. PP. Cartusianos.

Inclÿta, sancta, innocens, & immaculata Religio alborum *Monacho-*  
*rum* de solitudine *Cartusiæ* definiverat anno 1259., proprietarium  
fore censendum illum monachum, qui sine veniâ Prioris sui haberet,  
vel erogaret *ultra 12. denarios*; quos quidem in statutis anni 1368.  
supputavit *per tres solidos parvos Turonensium*: Anno verò 1679.  
hunc in modum:

Uo mandato Sedis Apostolica obtemperemus, ad tollendas difficultates, qua jam pluries,  
& nuper, mota sunt, contra tres parvos solidos Turonenses, qui materia  
proprietatis, & excommunicationis esse decernuntur in statutis, contra quod  
allegatur, valorem pecuniarum nunc diversum esse à valore, quo aestima-  
bantur anno 1368., quando summa illa prætaxata est in novâ editione statu-  
torum, tunc temporis factâ, ac proinde supputari debere, sicut jam observa-  
tum esse putatur, ut patet ex materia hujusce proprietatis, qua ad 12. dena-  
rios in antiquis statutis, circa an. 1368 editis, ad 3. solidos deducta est. Re  
illâ à Capitulo generali diligenter examinâtâ, & supputato rerum venalium,



& pecuniarum valore, concordando tempora temporibus, declaramus, tres parvos illos solidos Turonenses; in statutis, circa an. 1368. editis, expressos, nunc æquivalere 25. solidis Turonensibus Gallicis, qui in monetâ Hispanicâ nunc valent 3. Realibus argenteis cum dimidio, in monetâ Germanicâ 37. Crucigeris cum dimidio, & in monetâ Italicâ 3. Julii cum dimidio, ad quam summam, utpote istis tribus solidis Turonensibus æquivalentem, materiam illam proprietatis, & excommunicationis reducimus.

*Observatio.* Quæ fuerit lex parvorum Turonensium præcisè pro anno 1468. non annotavit Du Frêne loc. cit.; sumamus ergò annos, quos habet, ante, & retrò proximos. Anno 1365. refert, eos fuisse legis 2. denarium argenti regii, ponderis 20. solidos in marcâ Parisiensem; sive 240. parvos ponderâse marcâ, & continuisse  $2\frac{2}{3}$ . lotones argenti, non *meri*, sed Regii. An. 1374. similiter: præsumuntur ergò parvi Turonenses *intermedio tempore* eandem legem, idem pondus, obtinuisse. Marcâ Parisiensis tenuit 4608. grana, proindè que ponderavit unus parvus  $19\frac{16}{60}$ . grana, legis  $2\frac{2}{3}$ . lotonâ supradictæ: tenuit unus vix non  $3\frac{1}{4}$  grana regii argenti, quæ faciunt *meri* argenti  $3\frac{1}{5}\frac{7}{2}$ : grana. Tres ergò solidi parvorum, sive 36. parvi, continuerunt argenti regii 117. grana, unus verò solidus parvorum 39. talia grana. Jam videamus, utrum tres Regales argentei Hispanici cum dimidio non fuerint amplius 117. granis argenti, quod similiter pro lege habent, regii? Ex edicto Regis Philippi, impresso Antverpiæ an. 1633. unus Regalis tenuit 2. Engelsen, i. e. 64. grana: cui concordat Covarruvias, scribens, quòd octo Regales argentei non penitus faciant unciam; sicut ego ipsemet, eos appendendo, probavi, ultra 64. grana singulos non habere: tres ergò cum dimidio Regales pependerunt 224. grana; quæ vix non faciunt alterum tantum 117. granorum; defunt quippe solummodò 10. grana: Et sic videntur Patres Cartusiani de Capitulo generali anni 1679. aut sumpsisse duplices parvos Turonenses in unumquemque solidum, aut desper reflexisse, quòd anno 1368. pro 3. solidis Turonensibus tantundem potuerit emi, quantum anno 1679. pro 3. & dimidio regalibus argenteis Hispania, id quod satis innuunt verba decreti: *supputato verum venalium, & pecuniarum valore.* Supputatio illa altera, quam fecerunt per Crucigeros Germanicos admodum fuit lubrica, per quales enim verò? An per Rhenanos, an. per graviore, quos vocârunt Crucigeros bonos, gute Kreuzer? horum enim posteriorum quatuor faciunt illorum quinque: ne quid dicam Crucigeros hucusque declinâsse in pejus à bonitate veteri, ut tamen hodie per eos regula materiæ proprietatis uniformis nequeat haberi; præsertim, si ad pretia rerum venalium simultanea supputatio vellet, sicut anno 1679. fieri. Quòd si anno 1679. volvente  $37\frac{1}{2}$ . Crucigeri Germania, nec non 25. solidi Turon. Gallia, æquivalerint tribus Regalibus Hispania cum dimidio, legis saltem 15. lotonum, sicut erant; tunc unusquisque solidus Turon. tenuit proximè 9. grana argenti regii, & in unum uncialem Gallia modernum 15. lotonum, pensantem 544. grana, ierunt  $60\frac{1}{2}$ . Sols Tournois, fortâssis



rotundè tantùm 60., sicut modò 120. *sols de France* eunt in eundem. Et unusquisque *Cruciger Germania* tenuisset argenti regii proximè 6. grana: iuif-  
sent ergò in unum *uncialem* 90 $\frac{1}{2}$ . eorundem *crucigerorum*, sive in cursu  
rotundo 90., quales certò non fecerunt *Rhenenses* *Crucigeri* anno 1679.  
Debuissent ergò *Patres ad minus* intellexisse *Cruciatos bonos Germania*, quo-  
rum hodie 136. eunt in sapèdictum *uncialem*.

*Additio.* Quoniam verò *Capitulum generale*, circà an. 1368. habitum, dicendo:  
*non ultra tres solidos paruos Turonensium*, unicè videtur respexisse *valorem*  
*moneta ad monetam*, absque respectu concomitante *ad pretia rerum vena-*  
*lium*, qui còassumi placuit *Capitulo generali* de anno 1679.; nec per *soli-*  
*dum paruum Turonensium* intelligi debet, nisi hoc *specificè exprimat*; solidus  
*duplicium* denariorum *Turonensium*; sic teneo, quòd 12. *denarii illi*, quos  
proprietati fixerant *statuta anni 1259.*, singuli fecerint *tres paruos Turonenses*  
anni 1379.: ex quo vides 1.) *destinationem* denarii magnam intra spatium  
unius seculi, de quà aliàs dixi. 2.) Quòd *denarius ille Sæc. XIII.*, *ad finem*  
*pergentis*, tenuerit argenti regii 9 $\frac{1}{4}$ . grana, atque sic eorundem denariorum  
7. fecerint *drachmam*, & 56. unam *unciam*, argenti regii; cùm tamen Sæc.  
XII. & XIII. *ante medium*, communiter pensarent 11 $\frac{1}{2}$ . grana ejusdem ar-  
genti, & sic tantùm 6. in *drachmam*, & 48. in *unciam*, desiderarentur,  
sicut aliàs de *Trevirorum* quoque denariis ostendi.

Cognito valore *parvorum Turonensium*, qualis fuerat *pro commercio*, nunc sit

## SECTIO II.

### De valore libræ parvorum Turonen- sium in Camerâ, & literis Apostolicis.

§. I. Una de *primitivis*, Sæc. XIV. inter an. 1316., & 1334.  
conditis, *Cancellariæ Apostolicæ Regulis* est hæc, hodieque sub nu-  
mero XXVtæ superstes: *De moneta. Item declaravit Dominus No-*  
*ster, quòd LIBRA TURONENSIVM PARVORVM, & FLORENUS AURI DE*  
*CAMERA, pro equali valore, IN CONCERNENTIBUS LITERAS, & CAME-*  
*RAM APOSTOLICAM, computari, & extimari (æstimari) debeant.\**

\* *Regul. Canc. Benedicti XIV. 18. Aug. 1740.* Extat iisdem ferè verbis in  
*Regulis Cancellariæ impressis Romæ, & in Bibliothecâ S. Simeonis Trevir.*  
*asservatis, Innocentii VIII. 13. Sept. 1484.*, nisi, quòd hìc loco: *Florenus*  
*ponatur Florenensis, & loco: Apostolicam, Apostolicas*, quod postremum